

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Quomodo sit iniustus dicendus ist, qui sibi mortem consciscit

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

COMMENTARIA

liquet quis sit æquus & bonus uo-  
candus, uidelicet, is qui talia iudicio  
eligit atq; agit, et qui nō requirit sum-  
mum ius in deteriorem partem, sed  
qui mitigat, & si lex summum ius con-  
tinet. Et habitus est æquitas, quæ qui-  
dem iusticia quædam est, nec est di-  
uersus habitus.

QVOMODO SIT INIVSTVS  
dicendus is, qui sibi mortem consciscit.

Ex his autem quæ dicta sunt satis  
perspicuum est. Vtrū se aliquis iniu-  
ria afficere possit, nec ne. Nā lex con-  
stituit quæ sint iusta in omni genere  
uirtutum, ut non concedit lex seip-  
sum occidere. Quæ autem lex non  
concedit, uetat. Præterea quisquis  
sponte nocet contra legem non la-  
cessitus, iniuriam facit. Sponte autē  
dico, si quis sciat quem petat & quo-  
modo. Iam si quis sibi mortem con-  
sciscit iratus sponte facit cōtra rectā  
legem, id quod nō concedit lex, itaq;  
facit iniuriam, Sed cui? ciuitati ne? ac  
non sibi

IN ETHICA ARIST.

non sibi ipsi. Volens enim patitur. At  
iniuria non est dicenda, si quis uolens  
damnum accipit, itaque cum puniat ci-  
uitas, uidetur iniuria ad ciuitatem per-  
tinere. Notat enim infamia hos qui  
sibi mortem consciscunt.

Deinde non potest fieri, ut qui se  
tantum laedit, iniustus sit, nisi quate-  
nus uiolat uniuersalem iusticiam. In-  
terest enim inter ista. Nam iniustum  
hoc loco species est turpitudinis, si-  
cut timiditas. Nec significat hic uni-  
uersam turpitudinem. Quare qui se lae-  
dit non est iniustus secundum hanc spe-  
ciem. Simul enim in eodem essent ei-  
dem auferre & addere. Hoc autem im-  
possibile est, sed semper inter plures  
uersantur iusticia & iniusticia. Item  
qui iniuriam infert, sponte agit & con-  
sulto ac prior, qui autem laesus retaliat  
iniuriam, non uidetur iniuste agere.  
Sed quum sibi quispiam mortem con-  
sciscit, idem & agit & patitur. Preter-  
ea si haec iniuria dicenda esset, seque

ARIA

& bonus uo-  
uitalia iudicio  
non requiritur  
in partem, sed  
numus con-  
quitas, qua  
est, nec est

INIUSTVS  
riem cogit  
dicta sunt  
se aliquis ini-  
me. Nam con-  
a omni genere  
cedit lex  
autem lex non  
terea quisque  
legen non la-  
Spontaneum  
petat & qu-  
mortem con-  
it contra re-  
edit lex, in-  
iuriam nec

COMMENTARIA

retur iniuriam esse, si quis uolens da  
mnum acciperet.

Præterea nemo est iniustus, nisi le  
dat in aliqua specie iniuriarum. Iam  
nemo dicitur mœchus cū uxore sua  
consuetudinē habens, nec grassator  
si sibi parietes perfodiat, nec fur si su  
as res auferat. Deniq; sibi iniuriam  
facere, euertitur per ea quę diximus,  
quod iniuria nō sit appellanda, quā  
quis sponte accipit.

COMPARATIO VTRVM

*sit maius malum iniuriam facere,  
an iniuriam pati.*

Constat autē utrunq; malum esse  
iniuriam facere ac pati: quorum alte  
rum plus est, quam in medio esse cō  
uenit: alterum minus est, sicut in me  
dicina uitiosa sunt, quę aut copia,  
aut defectu corrumpunt sanitatem,  
quę medium tenet. Et in gymnasti  
ca uitiosa sunt exercitia nimia, aut  
immodica, quę bonū habitum, qui  
quasi medium tenet, corrumpunt.

Verum

IN E

Verum d  
Nam facer  
et aut uniu  
interdum  
& tamen  
ria affici  
quare m  
ti. Cæter  
ut sit plu  
dens sit  
pleuritis  
fensio p  
sio pedi  
lapius  
ab hosti  
QVO

Iustit  
metaph  
dici pot  
sed erg  
rile iust  
hunc m  
rationis